impedimento et condictione successorum ipsius Regis et Inscribuntque se ipsi
Coniuges mutuo ac invicem presens recognitionem ex his acta ad acta Terrestria
Premisliensia ad decursum unius Anni transferre et transportare
sub Damnis Terrestribus pro quibus Damnis Terrestribus quoties se cum alter
Citare permiserit totus coram officio presenti Castrensi Premisliensi foro quo
vis omisso stare pare rendere tenebitur Terminum ipsum primum aliosque sub
sequentes nullis modis exquisitis differendi a Dictis Iuditij et officij nullas
motiones et appellationes fatientes nec ad eos prosequendum ad citandum quoniam
nihil sibi in auxilium recipiendum sue sub amissione totius causae Quod memo
riali firmatum est.

Pilieczki quietat Brensky

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Castrensibus Ca
pitaneatibus Premisliensibus Generosus Christophorus Pilieczki filius olim Generosi
Christophori Pilieczki de Pilza a Pallatinatibus Terrestris Districti
bus Iuribusque suis quibusvis proprijs ac foro competentibus recedendo Iure vero
presenti iurisdictioni se cum successoribus bonisque omnibus quo ad hunc actum at
tinet incorporando et subijciendo sanis mentis et corpore existens presentem palam
ac per expressum recognovit Quia a Nobili Joanne Brensky summam
Centum florenorum pecunie monete et mensure polonice ipsi per eundem actum Castrensem
Sanocensem pro tempore proxime futuro solvi inscripsit totaliter et in effectu
recepit ac manifestum levavit Ratione eius receptionis Eundem Joannem
Brensky quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat
perpetuis et aeternis temporibus Inscriptionemque prefatus Castrensis Sa
nocensis super praetacta summa servientem cum omnibus eiusdem Conditionibus
punctis clausulis et articulis Cassat mortificat annihilat oblite
rat in nihilumque redigit perpetue et in eum sibi et successoribus suis
pro premissis omnibus perpetuum imponens silentium Iac sua presenti recognitione mediante

Thustanowski indicat Summam dotis filiae

Comparentes personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus Ca
pitaneatibus Premisliensibus Nobiles Stanislaus Thustanowski filius olim
Nobilis Wasko Thustanowski dicti Nagorny et Marianna Coniuges
a Terrestris Districtibus Iuribusque suis quibusvis proprijs ac foro com
petentibus recedendo Iure vero presenti Castrensi Premisliensi Iurisdictioni se
cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum et effectum inscriptionis
presentis attinet incorporando et subijciendo sanis mentis et corpore existentes
presentem palam ac per expressum recognoverunt, Quia Nobili Catherine
filie sue Ratione Dotis de bonis paternis et maternis Summam
Mille florenorum pecunie monete et mensure polonice singulum florenum triginta gros
sis polonicis computantes Et hoc in summis suis pecuniarijs sibi a qui
busvis personis modo quovis servientibus assignant demonstrant indicant
et ordinant Quam quidem Summam Mille florenorum pecunie monete polonice
se cum successoribus suis in summis pecuniarijs inscribunt Eidem Cathe
rine pro primis Terminis Terrestribus Premisliensibus seu prima actorum
eorundem Terrestrium positione iudiciaria quod horum prius et proxi
mius Premisliensis celebrabitur post traditionem seu locationem eiusdem
Catherine in Matrimonium in Castro Premisliensi circa acta presentem
totaliter et in effectu dare solvere reponere relinquere non ex fidelibere
Casu vero quod si summam prefatam pro tempore supranominatam cum
successoribus suis non solverint aut quovis modo solvere neglexerint Extunc
debebunt ac tenebitur prout se cum suis successoribus in summis pecunia
rijs inscribunt et obligant dare et libere admittere realem intromissionem
et actualem pacificamque possessionem dum per Nobilem Pallatinum Russiae Ge
neralem quemcumque in formam iuris expietur In summas suas pecuniarias